

FACULTAS CONSER
VATORES IUDICES ASSVMENDI
in quibuscumque causis.

Anno M: D: LX XIII.

SERGORIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. A Equum reputamus, & rationi cōsonum, vt ea, quae de Romani Pontificis gratia processerunt, licet eius superueniente obitu literæ Apostolicæ desuper confectæ non fuerint iuum fortia-
tur effectum. Dudum siquidem felicis recor. Pio PP. V prædecessori nostro pro parte dilectorum filiorum Præpositi generalis, & Religiosorum So-
cietas Iesu exposito, quod cum dicta societas benedicente Domino longe, la-
teque eset propagata, ac ad Dei laudem, & honorem militantisque Ecclesiae pro-
fectum indies augeretur, & propter diuerfa bona temporalia, quæ Collegia Icho-
lariu m sub eorum cura instituta possidebant conseruanda, & recuperanda lites, aliaq; fore nisi frequenter subire necessario cogeretur, exindeque fieret, vt citius perīona, quæ animarum salutē implicita litium anfractus, qui ab eorum institutiis valde disonabant, evitare cupiebant, ab eorum ministerio, non sine animi sui dolore, cum animarum huiusmodi dispendio distraherentur, & eidem prædecessori, pro parte eorundem Præpositi generalis, & religiosorum asserentium, eo-
rum bona à quorumcunque locorum ordinariorum iurisdictione libera, & exē-
pta, ac sub Romani Pontificis, & sedis Apostolicæ protectione alias recepta fuī-
se, humiliter supplicato, vt eorum quieti more Pij Patris, ac alias in præmissis
opportune confilere, de benignitate Apostolica dignaretur; id est præcessor
qui ad gratos Deo, & vniuersal Reipublicæ Christianæ vtilem, & necessarium fru-
ctus, quos Societas prædicta persona in vinea Domini semper proferebant,
debitum respectum habebat, faciat nullo modo poterat, quin ipsis ea concede-
ret per quæ ipsi, eorumque res, & bona à noxijs, iustitia ministerio, præseruare-
tur; eosdem Præpositum generalem, & Religiosos, ac eorum singulos à quib-
husuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquotæ Ecclesiasticis
sententiæ.

sententij, censuris, & poenis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa
latris, si quibus, quomodo libet innodati existebant, ad effectum infra scriptorum
duntaxat consequendum absoluens, & absolutos fore censens, huiusmodi, sup-
plicationibus inclinatus: sub dat. videlicet. 8. Kal. Iunij. Pontificatus sui anno
tertio, eidem Societati, singulique illius personis, ac eorum familiaribus cler-
icali charactere tamen insignitis, vt in quibusunque causis tam ciuilibus, quam
criminalibus ac mixtis, etiam in eis, in quibus actores, vel conuenti rei forent,
ipsis contra quascunque communitates, & collegia huiusmodi, omnes & singu-
los Archiepiscopos, & Episcopos, ac Abbes, necnon alias personas in dignita-
te Ecclesiastica constitutas, ac Metropolitanum, & aliarum cathedralium Ec-
clesiarum Canonicos, ac eorundem Archiepiscoporum, & Episcoporum Vice-
carios in spiritualibus, & officiales generales vobislibet constitutos, in suos pos-
sunt assumere Conseruatores, & iudices ordinarios indulxit: ipsis vero sic electis,
vel duobus, aut vni eorum, vt perse vel alium, seu alios etiam si sint extra loca, in
quibus conseruatores, & iudices deputati forent, eidem Societati efficacis de-
fensionis praesidio assistentes, non permittent Societatem; Collegiaque huius-
modi super terris, locis, domibus, possessionibus, & iuribus, necnon fructibus,
censibus, redditibus, & prouentibus, ac quibusunque alijs bonis mobilibus, &
immobilibus, spiritualibus, & temporalibus, necnon priuilegijs, & indulxit eis,
& dicta Societati, tam Apostolica quam ordinaria, & alias rite Regia au-
toritatibus concessis, & alijs rebus ad dictam Societatem communiter, vel diuisim spe-
ctantibus, à quibusunque personis tam secularibus, quam Ecclesiasticis, ac qua-
cunq; auctoritate, & superioritate fungētibus, quo quomodo indebit molestat,
vel eis grauam ipsa, damnam, aut iniurias irrogari facerentque, cum ab eisdem So-
cietate, aut per sonis, vel procuratoribus suis, seu aliquo ex eis, forent requisiti su-
per restituione locorum, terrarum, domorum, possessionum, iurium, & bono-
rum mobilium, & immobilium, reddituum quoque, & prouentuum, ac aliorū
quoruque bonorum, necnon priuilegiorum, & indultorum: i: tunc, & pro tem-
pore concessionis obseruatione, necnon de quibuslibet molestijs, iniurijs dānis
tuic presentibus, & futuris in illis: videlicet, quæ iudicialem requirent indagi-
nem summarie simpliciter, & de plano sicut strepitū, & figura iudicij: in alijs ve-
ro, prout eorum qualitas exigisit, iustitia complementum: occupatores, seu de-
tentores, præsumptores, & iniuriatores huiusmodi, necnon cō: adictores quo-
libet, & rebelles, etiam si alias quam vt praefertur qualificati existenter, quando-
cumque, & quotiescumque expedisset, auctoritate Ap̄stolica per sententias, cen-
suras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia. Appella-
tionem postposita comp̄: cendo: legitimisque, super his habendis, seruatis proces-
sibus, eos quos sententias, censuras, & poenas per eisdem Conseruatores, seu iu-
dices, pro tempore latas incurrisse, eis constitisset: eas incurrisse declararent &
quoties opus fuisset, etiam iteratis vicibus aggrauaret, necnon auxilium brachij
secularis inuocarent, commisit, & mandauit. Ac insuper si per summariam in-
formationem per eos super his habedā ipsis constitisset quod ad loca, in quibus
occupatores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi, ac alios,
quos litera tunc desuper conficienda concernerent pro tempore morari conti-
gi: set pro monitionibus, & inhibitionibus ipsis, ac citationibus eis facientis, tu-
tus non pataret accessus, iudicibus, & conseruatoribus huiusmodi, monitiones
& citationes præfasas, ac inhibitiones quaslibet per edicta publica locis publicis
affigenda, de quibus esset verisimilis conjectura, quod ad ipsorum monitorum
citorum,

citorum, & inhibitorum notitiam peruenire valerent, faciendi necnon eisdem
occupatoribus, detentoribus, præsumptoribus, molestatoribus, iniuriatoribus,
contradictoribus, & rebellibus, etiā sub cēsiris, & pœnis Ecclesiasticis, ac etiam
pecuniaris corum arbitrio moderandis, inhibendi, ac quibusuis inhibitionibus,
eis pro tempore etiam prætextu quarumcunque literarum Conseruatorum,
seu priuilegiorum Apostolicorum, quibuslibet concessorum, & concedendo-
rum, pro tempore faci, non obstantibus, eorum iurisdictionem libere exercen-
di, loca ad quas eos declinare, & in quibus scienter stare permitti forent, Eccle-
siastico interdicto subjiciendi, plenam, & liberam facultatem concessit. Ac mo-
nitiones, requisitiones, inhibitiones, & citationes sic factas, perhile ipsos moni-
tos, requiritos, inhibitos, & citatos arcebant, ac si eis personaliter factæ, insinua-
tæ, & intimatae forent. Ac tunc desuper confiendis literis, & in eis contentis
dispositionibus per quascunque derogationes, in quibusvis alijs literis Apostoli-
cis gratiam, vel iustitiam, & mixtim continentibus per eundem prædeceſſorem,
& fedem Apostolicam etiam cum derogatoriarum derogatorijs alijsque effica-
tioribus, & insolitis clausulis, & per eas earundem literarum tunc desuper confi-
ciendarum tenor, ac si de verbo ad verbum in eis insertus foret, pro expreſſio-
haberetur, quibusunque personis, seu in eorum fauorem, etiam Motu proprio,
& exhortatione, ac de Apostolice potestatis plenitudine conceſſas, & facias ac
faciendas, & concedendas nullatenus derogatum censetur: aut derogari pos-
set, nisi tenor earundem tunc desuper confiendarum literarū, de verbo ad ver-
bum nihil penitus omisso foret in illis insertus, & derogatio pro tempore facta
huiusmodi per trias diuinatas literas eundem tenorem continentem, tribus si-
miliiter distinctis vicibus, eidem Societati intimata, & insinuata foret, & quod
aliter earundem literarum tunc desuper confiendarum pro tempore factæ de-
rogationes nemini suffragarentur. Quodque quilibet ludicum, & Conseruatorum
præfatorum valeret proſequi articulum, etiam per alium inchoature,
quamvis idem inchoans nullo foret Canonico impedimento præpeditus: quod-
que cuiuslibet Conseruatorum, & iudicium eorumdem, ab eadem die octauo Kal.
Junij effet in præmissis omnibus, ac eorum singulis coeptis, & non coeptis tunc
præsentibus, & futuris perpetua potestas, & iurisdictionis attributa, ut eo vigore,
eaque firmitate poscent in præmissis omnibus coeptis, & non coeptis, tunc
præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, &
singula coram eis coepta fuissent, & eorum ac cuiuslibet ip' orum iurisdi-
ctionis de præmissis omnibus, & singulis per citationem, vel modum liuin per-
petua legitime extitideret, sicutque per quoscunque iudices, & comiſſarios, &
caufarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. Romanae Ecclesie Cardinales, su-
blata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,
& auctoritate, iudicari, & disfiniri debere: ac ex tunc si fecus super his, à quoquam
quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentari continget, irritum, &
inane decreuit. Non obstantibus piæ mem. Bonifacij PP. VIIII. prædeceſſoris
noſtri, qua cauebatur, ne quis extra ſuam Ciuitatem, vel dioceſim niſi in certis
exceptis casibus, & in illis ultra vnam dictam à fine ſua dioceſis ad iudicium
euocaretur: ſeu ne iudices à ſede prædicta deputati extra Ciuitatem, vel dioceſim
in quibus deputati forent, contra quoscunque procedere præſumerent: &
de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo non vitra tres dietas ali-
quis, vigore earundem literarum, tunc desuper confiendarum extrahere-
tur, & quibusvis alijs Apostolicis, ac in Provinciabibus, & Sy nodalibus Con-
cilijs

et iis editis generalibus , vel specialibus constitutionibus , & ordinationibus , ac
quibus iuramento , confirmatione Apostolica , vel quavis firmitate alia rati-
onatis statutis , & consuetudinibus priuilegijs , quoque indultis , & literis Aposto-
licis , quibus iis Regibus , Decibus , Comitibus , Carterisque cuiuscumque dignita-
tis , qualitatis , & praemirantia , ac ordinis etiam mendicantium , & conditionis
existentibus perfonis , in genere , vel in specie , ac cum quibusvis etiam derogato-
riarum derogatorijs , aliisque efficacioribus , & insolitis clausulis , irritantibusque ,
& alijs decreatis , quomodolibet , etiam iteratis vicibus concessis , approbatis , &
innovatis . Quibus omnibus , idem Pius praedecessor , etiam si pro illorum suffi-
cienti deregulatione , de illis , eorumque totis tenoribus specialis , specifica , expre-
sa , & indituidua , ac de verbo ad verbum , non autem per clausulas generales idem
importantes , mentio , seu quavis alia expressio habenda , aut aliqua alia exquisita
forma ad id seruanda foret : tenores huiusmodi , ac si de verbo ad verbum , nihil
penitus omisso , & forma in illis eradita obseruata , inserti forent pro sufficien-
tibus habens , illis alias in suo robore per mansuris ; ea vice duntaxat specialiter , & expresse derogauit . Carterisque contrarijs qribuscumque . Voluit insuper
idem Pius praedecessor , quod literarum tunc deluper confiendarum transum-
ptis , manu alicuius Notarii publici subscriptis , ac sigillo alicuius personae in dignitate Ecclesiastica constituta munitis , eadem prorsus fides adhiberetur , quæ
iphis originalibus literis adhiberetur , si forent exhibita , vel ostensa . Ne autem
de absolutione , indulto , & alijs præmissis , pro eo quod super illis , ipsius Pij præ-
decessoris , eius superueniente obitu , literæ confessæ non fuerunt , valeat quo-
modolibet hesitari , ipsaque Societas illorum fructetur effectu . Volumus , & simili-
ter Apostolica autoritate decernimus , quod indultum , & alia præmissa
perinde à dicta die octavo Kal . Iunij , suum forciantur effectum , ac si super illis
ipsius Pij prædecessoris literæ confessæ fuissent , prout superius enarratur . Quodq;
præsentes literæ ad probandum plene absolucionem , indultum , & alia præmissa ,
vbi que sufficiant , nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur . Nulli
ergo omnino hominum licet , hanc paginam nostræ voluntatis , & decreti in-
fringere , vel ei austu temerario contraire siquis autem hoc attentare prasumpse-
rit , indignationem omnipotentis Dei , & beatorum Petri , & Pauli Apostolorum
eius ; se notuerit incursum . Datum Romæ apud S. Petrum , Anno incarnationis
Dominica Millesimo Quingeniesimo Septuagesimo secundo : octavo , Kal.
Iunij , Pontificatus nostri , Anno primo .